

BX193S
566
1766
11

D.D. R.N.A. M.U.E. N.
VIRGINIS
I.M.A.G.I.N.I.
TUTELARI, PATRONÆ
OPTIMÆ, PIENTISSIMÆ;

Ab ineunte aetate, auspicalique Studiorum die gratus animi, voti compos,
zeli flagrans, ac amoris ardens, clientium tuorum minimus EMANUEL
GONZALEZ, in Jus Canonicum Commentaria dico, voveo, consecro
D. N. M. Q. tantæ.

Uis Aris appendo (Sacratissima Virginis Matris Dei o vivissimum Ex-
emplar! Nomen in loco presentissimum) vigilias meas, quas in quinque
Decretalium GREGORII IX. libros paravi, confarcinavi, congeffi, di-
gesti, & publicas facio. Merito, si fides sit meis dictis; inchoatæ quip-
pe sunt, CHARTA DIVINISSIMA, STUDIORUM LUMEN, sub Nu-
mine, & munimine tuo, & sub eodem absolutæ; dicerem perfectæ, si
quidquam perfectum posset homuncio exhibere. A teneris quippe an-
nis, quando parens meus, eisdem Scholæ Alumnus, Professor, Doctor, in finuavit ete-
iam cum præcepto discendi desiderium, MARIANÆ Militiæ nomen dedi in frequen-
tissimo Sodalitio, quod impense colit Salmantina Juventus, procurantibus Religiofi-
simis Societatis JESU Patribus; & in auctoramentum admirandæ Ducis meæ tranfivi
animo, & corpore; quasi concepta formula, URI, VIRGIS, FERROQUE
NECARI; Te agnoscentis Sanctæ Religionis Magistrum Magistrorum: Parthenica devotio
sciendi concitavit amorem; lustroque studiorum permenso, haud segniter in abdita
paternæ domus me refero, recludo agoni, & præliis litterariis vires facturus, & re-
fecturus. Norunt, qui Salmantica Litteris operati sunt, quanto certamina illa con-
stent experimentorum, & assidui laboris. Tu vero, o piissima Virgo, Liber es in-
comprehensus, qui Verbum Patris Mundo legendum exhibuisti. Toto ergo pectore incumbentes ad-
discendo Canonico Juri, simulque Civili.



Te duce vela damus, portus habitura secundos.
Prope Genitoris mei domum Ædes tuæ rutilant, Immaculata, Intemerata, Glo-
riofissima Virgo; natus quippe fui felici fydere, hora fere ipsa, qua Lux ab intacto
Ventre tuo mundo affulfit, intra cannas (agnosce venerandæ professionis meæ ver-
bum) sancti Juliani Parochiæ, in qua per Baptismum regeneratus Athleta Christi
perunctus fui; illa, inquam, in Ecclesia, cujus præcipuum, majusque Altare tenet
religio hujus Sanctissimæ Imaginis; quo & Missarum opportuna frequentia, mira
devotio populi concurrentis, & juvenilis animus a domestico exemplo non male edu-
catus, singulis me advocabant diebus, ut Sacris, quæ in sacratissimo Altari tuo of-
ferebantur, adessem, a quibus mente passus, & relictus studium meum repeterem.
Sero a sodalibus domum rediens, & per Sacrarium hoc iter faciens, advolutus sacris
pedibus tuis orantes, precesque ad Te fundentes cernebam Præceptores meos: o quales,
qu岸tos! virtutibus sublimes, scientia præclaros, urbis Salmanticae delicias, inclyta Uni-
versitatis ocellos: quos imitandos mihi in omnibus proponebam, quorum vita vivendi
norma fuit, quorum nutus præcepta fuerunt ad progrediendum, & quorum scripta in
hisce Commentariis frequenter laudata, Operi pretium faciunt, & si quid in eo dignum le-
ctu est, suppeditant. Sistebam gradum, & eis admittus orabam, sensimque sentiebam
affectum devotionis sanctissimæ Imaginis corporali præsentia menti instillari meæ. O
D. D. Gonzalez in Decretal. Tom. I.



FONDO BIBLIOTECA PUBLICA
DEL ESTADO DE NUEVO LEON



FONDO
A.A. PUBLICA DEL ESTADO

DEIPARÆ VIRGINIS IMAGINI,

Cui a multijugis REMEDIORUM beneficiis in Ur-
be Salmantina Numen, & NOMEN, quod
Inclyta Schola adorans per Orbem diffundit.

TUTELARI, PATRONÆ OPTIMÆ, PIENTISSIMÆ;

Ab ineunte aetate, auspicalique Studiorum die gratus animi, voti compos,
zeli flagrans, ac amoris ardens, clientium tuorum minimus EMANUEL
GONZALEZ, in Jus Canonicum Commentaria dico, voveo, consecro
D. N. M. Q. tantæ.



Uis Aris appendo (Sacratissima Virginis Matris Dei o vivissimum Ex-
emplar! Nomen in loco presentissimum) vigilias meas, quas in quinque
Decretalium GREGORII IX. libros paravi, confarcinavi, congeffi, di-
gesti, & publicas facio. Merito, si fides sit meis dictis; inchoatæ quip-
pe sunt, CHARTA DIVINISSIMA, STUDIORUM LUMEN, sub Nu-
mine, & munimine tuo, & sub eodem absolutæ; dicerem perfectæ, si
quidquam perfectum posset homuncio exhibere. A teneris quippe an-
nis, quando parens meus, eisdem Scholæ Alumnus, Professor, Doctor, in finuavit ete-
iam cum præcepto discendi desiderium, MARIANÆ Militiæ nomen dedi in frequen-
tissimo Sodalitio, quod impense colit Salmantina Juventus, procurantibus Religiofi-
simis Societatis JESU Patribus; & in auctoramentum admirandæ Ducis meæ tranfivi
animo, & corpore; quasi concepta formula, URI, VIRGIS, FERROQUE
NECARI; Te agnoscentis Sanctæ Religionis Magistrum Magistrorum: Parthenica devotio
sciendi concitavit amorem; lustroque studiorum permenso, haud segniter in abdita
paternæ domus me refero, recludo agoni, & præliis litterariis vires facturus, & re-
fecturus. Norunt, qui Salmantica Litteris operati sunt, quanto certamina illa con-
stent experimentorum, & assidui laboris. Tu vero, o piissima Virgo, Liber es in-
comprehensus, qui Verbum Patris Mundo legendum exhibuisti. Toto ergo pectore incumbentes ad-
discendo Canonico Juri, simulque Civili.

Te duce vela damus, portus habitura secundos.

Prope Genitoris mei domum Ædes tuæ rutilant, Immaculata, Intemerata, Glo-
riofissima Virgo; natus quippe fui felici fydere, hora fere ipsa, qua Lux ab intacto
Ventre tuo mundo affulfit, intra cannas (agnosce venerandæ professionis meæ ver-
bum) sancti Juliani Parochiæ, in qua per Baptismum regeneratus Athleta Christi
perunctus fui; illa, inquam, in Ecclesia, cujus præcipuum, majusque Altare tenet
religio hujus Sanctissimæ Imaginis; quo & Missarum opportuna frequentia, mira
devotio populi concurrentis, & juvenilis animus a domestico exemplo non male edu-
catus, singulis me advocabant diebus, ut Sacris, quæ in sacratissimo Altari tuo of-
ferebantur, adessem, a quibus mente passus, & relictus studium meum repeterem.
Sero a sodalibus domum rediens, & per Sacrarium hoc iter faciens, advolutus sacris
pedibus tuis orantes, precesque ad Te fundentes cernebam Præceptores meos: o quales,
qu岸tos! virtutibus sublimes, scientia præclaros, urbis Salmanticae delicias, inclyta Uni-
versitatis ocellos: quos imitandos mihi in omnibus proponebam, quorum vita vivendi
norma fuit, quorum nutus præcepta fuerunt ad progrediendum, & quorum scripta in
hisce Commentariis frequenter laudata, Operi pretium faciunt, & si quid in eo dignum le-
ctu est, suppeditant. Sistebam gradum, & eis admittus orabam, sensimque sentiebam
affectum devotionis sanctissimæ Imaginis corporali præsentia menti instillari meæ. O
D. D. Gonzalez in Decretal. Tom. I.

Sic Dei-
param
appellat
S. Ephrem
in orat. de
laudibus
Mariæ.

Reperitur
Abbas L.
S. in Can-
onica.

S. Epiph.
serm. de
laudibus
Virginis.
S. Bapt.
Mantuan-
nus in I.
Parthen.

quam misere errant blaterones isti Iconoclastæ, qui in his Religionis nostræ fulcris impugnantis male operas suas locant, male perdunt. Videte, & gustate, quam suavis, quam mirabilis est Deus non tantum in Sanctis suis, sed & in imaginibus eorum. Exemplum consuetudinem fecit, & frequentati actus in habitum abierunt. Te ergo serio, & ex animo Patronam adisco, & tesseram tui Numinis, & Nominis invocandi deinceps hanc colendissimam Imaginem fumo. Hæc una REMEDIATRIX mea, consolatrix mea, fœtrix mea: sub hoc clypeo prælia inco, decerto, dimico, & ad litterarium pulverem prodeco, & provoco.

Ecce primum, acerrimumque illud, quod mihi obtigit ephebo in prima adhuc juvena ex umbra ad jubar Solis advolanti, & anhelanti, cum supellectilis litteraria: censum professus fui in illustri, tremendoque Sacello Divæ Barbaræ; in quo Patres Academicæ, Præceptores nuper, & semper mei, appenso examine excutiunt, rimantur; ponderant genium, ingeniumque cum tota re litteraria, & de spe mei specimem captant serio intenti, perspicaciter sagaces a vigilia prima usque ad intempestam cum jam nox humida cælo præcipitat, suadentque cadentia sidera somnos. Sed quæ nulli tuorum dees, mihi adstitisti, Virgo potentissima, nec passa fuisti ingloriam exire, qui gloriosæ Virginis auxilio fretus periculum aggressus fuit. Perfunctus ergo examine, concordii Patrum suffragio RENUNTIOR IDONEUS, donoque LICENTIA, nobilissimum Doctoratus Salmantini Gradum in sacro Jure Pontificio suscipiendi, quem propediem suscepi; ejusdemque juris Cathedras e vestigio petere cœpi, quas amplissime dotatas præ ceteris aliarum Facultatum Academia habet, Canonice Prudentiæ altrix.

In competitionibus Cathedralium nemo est, qui nesciat, si expertus tantillum sit, ambientium zelotypiam, invidiorum rabiem, faventium affectus. Juventus ipsa, quæ solet de Magistris sincerius censere, scinditur; jam huic, jam illi competenti sese præstat: interim assiduus labor, quotidianæ prælectiones, & reliqua ad docendum, & discendum experimenta, vel favore attolluntur plus justo; vel arte, invidia, odio conculantur, & pessundantur. Ei, qui pendet a rebus levissimis, qui ruitore, & ut ipsi loquuntur, favore populi tenetur, & ducitur, plausum immortalitate, sibi solum mortem sibi videri necesse est. O quot, & quantos optimæ spei adolescentes pericula, & mala hæc transversos egerunt, & a præclaro deterruerunt, deterrentque instituto! Robore in his opus est, & obfirmato pectore; ad Templum quippe Honoris pergitur, ad quod nemini via pater, nisi per atrium Virtutis.

Cicero in Sextianam.

Epistola ad Pulebriam. Quæ Latine scribitur, & rithmo expressit Pulebriam in limine sui BIVII.

At durum Virtutis iter sudoris anbeli
Implevere Dii: via longa est, ardua cuncti,
Ingressumque riget primo; sed vertice in ipso
Fit facilis, nullumque fuit superesse laborem.

Tangebant, & angebant me juvenem, & juveniliter sapientem bilances istæ trinationes: sed quid remedium, aut cautiones? Amicos quasitare, fautores ambire? Non hoc mihi negabam; verum altius consilium mentem invadere meam sentiebam, & quasi ab alto edici;

Inde pates arcem, & delubra faventia votis.

Tu Arx mea, Tu votis meis favens delubrum, o totius Trinitatis primum Tabernaculum! ut inquit Divus Augustinus, vel ut Laurentius Justinianus, Sapientia Thronus.

Obtinui tandem, at non tarde, inclayæ Academicæ Salmantiniæ Cathedralium, quam minorem Decretalium vocant; anno 1655, cui incumbens, & Professoris munus pro viribus explens alia, atque alia donatus fui Supremi Senatus non communi, sed spectabili censura (de quo tacebo, ne mea amplificare videar.) Et post minora illa Magisteria, quæ Academia habet approbandis Professoribus, & dignatione augendis ad majora, Proprietarius Sexti Antecessor renuntior: mox collocor in amplissima Præfectura Vespertinæ Cathedralis Juris Canonici, quam cum per tres annos rexerim, stipatissima studentium frequentia, evocor ad Vallis Oletani Senatu Sanctæ Inquisitionis FISCALE MUNUS.

Quod priusquam subeam, e re visum fuit mea presens nobilissimam, & amplissimam Togam Majoris Conchenis Collegii, munitissimam Virtutis, & Litterarum Arcis, Theologiæ, & utriusque Juris Emporit, Virorum, qui habenas moderentur Ecclesiæ, & Regni Armamentarii: cujus elogia charta hæc non capit, nec potest representare vulgaris facundia, qualis mea. Probatus litteris, & integritate, puritateque natalium approbatus (quibus approbantur identidem, qui sanctum Inquisitionis Officium profitentur, sive Inquisitorum potestate, sive Ministrorum munere) decentissimam Togam induo, tantoque Sodalitio ovans, Collegiarumque exemplo incitatus impulsus, vix transacto semestri, venerandum Tribunal Vallis-Oletanum adeo. Fiscalis munus est (ut alia levidentia prætermittam) arma Judicibus subministrare contra hostes Filii tui Domini nostri

Ovidius lib. 4. arif. 6. 62.

nostri JESU CHRISTI, Sanctis. Dei Mater. Quid in ejus exercitio præstiterim, non meum est profiteri. Utinam Dei gloriam auctam, maclamque voluerim: Tibique refundam laudes, si bene quid cesserit, quæ das virtutem contra hostes tuos pie, & humiliter efflagitantibus. Biennio vix transacto, ad sanctum judicandi munus in eodem Tribunali evohor, quod per octo annos gessi, in quibus multi erones, apostata, refugii a Fide, & alii nequissimi, vel reconciliati sunt gremio Sanctæ Matris Ecclesiæ, signa doloris, & penitentia præstantes, vel condignis affecti sunt suppliciis. Ille enim mos, illud fas tremendi simul, & benignissimi Tribunalis, ut eorum, qui respiciunt, resculas, famamque minuat, brevi carcere, nec gravi multet exilio. Tertulliani verbo utar, non sine duce quopiam ad rem hanc: *Mavult suffundere sanguinem, quam effundere.* Illos vero qui refractarii, pervicacesque obdurant, Curia Saculari consignat, ignibus statim tradendos. *Melius quidem esse quis dubitaverit, ad Deum colendum homines doctrina duci, quam timore pœne, vel dolore compelli.* Sed non quia isti meliores sunt, ideo illi, qui tales non sunt, negligendi sunt. *Multis enim profuit prius dolore, vel timore cogi; ex sententia D. Augustini.*

Quæ omnia palam, & in conspectu omnium peraguntur, Dei gratia, Sanctissimæque Dei Matris suffragio, & Principum nostrorum invicta tutamine, quorum seriem in hoc, quo fruimur bellissimo, benignissimoque CAROLO II. Diva Majestas, & PATROCINATRIX VIRGO ad ætatum finem perennare velint, & faciant. Nec arcanum illud audimus, quod bona mente, sed non nobis prætexuit Politicus, alioquin sapientissimus, & in aliis forsitan regionibus observandus: *Reliqua scelera cum castigantur, ostendi expectat; hoc flagitium occuli, & regi. Causa in promptu est; Ut miserationem detrahatis, & minuas sermores.* Ceterum illud imbibere *Exquisitor quaque crudelitas illecebra est magis scella. Simul & hoc scito, &c.* Seimus enim veræ orthodoxæ Christianæ Religionis tyrannorum acerbiteriam Sanctis Martyribus illecebram fuisse, foreque: quod his misere seductis eventurum nec metuimus, nec unquam fuimus experti. Sermones apud nos nulli; quin omnes pietate fervent, & in Fide fundantur magis, præeunte Dei gratia, visis suppliciis perverforum. Anno quippe supra millesimum sexcentesimo sexagesimo septimo centum rei acti sunt, ex quibus duo præfocati, eorumque cadavera igni tradita sunt, vidente, & præ gaudio lacrymas vix sustinente resertissimo Christiano populo, qui a Castella veteri, & longinquis magis provinciis nedum pulcherrimum, & spatiosissimum forum Vallis Oletanum complebat, spectaculi locum, sed & urbem ipsam. Non memoror exhibitiones alias, quæ frequenter in publicis Ecclesiis peraguntur, traductis per calles & compita reis. Sic palea a grano ope divina separatur; sic facta recta conservatur Religio; sic cultus procuratur divinus; sic salus honorque Regni quaritur; sic triumphat de inimicis Crux, in quibus non paucas horas manet, vespereque Inquisitores collocamus. Quod felix, faustumque sit, & Christiano populo salutare, per eum, in quo vivimus movemur, & sumus.

Horis ergo successis, tam Salmanticæ, quam Valli-Oleti cœpi viginti ab hinc annis tradere me Juri canonico addiscendo, docendo, commentando sub tuis maxime auspiciis, o Domina mea, Dominatrix mea, Dominans mihi; parcens somno & quieti, non parcens labori, & vigiliis. Libros ab extrariis regionibus, chartasque Præceptorum Salmanticensium comparo, operi me accingo; nec deterreo mole, aut copia, quia tuo gradior innixus patrocinio. Toti sunt Præceptores Salmantini dies totos in hoc agro excolendo, alii Tractatus, alii quas vocant Repetitiones: sed vix unus, aut alter quidquam magis publicum cogitat, quam erudire juventutem ex suggestu; quare tantorum Virorum Scholia, Relectiones, Commentaria plerumque in privatis schedulis, & forulis delitescunt: & aqua, quæ ab illo fonte fluens, per totam posset Europam & Americam decurrere, restagnat, & fertile tantum reddit solum Salmantinum. Non diffiteor, labores istos magno mihi adjumento fuisse; quod in singulis locis palam testor, & profiteor; sed aliud sibi postulat privata docendi, aliud publica commentandi ratio; lac pueris, viris paranda esca est: quod respuit privata, appetit publica; Magistri brevitati student, non ita Scriptores perpolitæ, & exquisita materies frustra discantibus offertur, quæ doctis in pretio est. Epistolæ integræ Decretales, loci Sanctorum Patrum autographi, labor censeretur ineptus in Magistro, qui Scriptori necessarius est rerum gestarum historia. Loca chorographica propria nomina Monasteriorum, Episcopatum, & lite contententium, quæ nihil censentur a discantibus, quapropter nec ipsis panduntur; Commentantes quarere, & perquirere debent; nam ab his lux vera sacris Canonibus insinuantur. Hæc omnia si assequutus non fui, certe procuravi. Ecce, Piusissima Mater, post exacta quinque lustra prodit Opus Decretalium absolutum, si non perfectum. Tuere, & gratanter accipe, quod tuum est, ut signum in fronte Libri præferat. Non minus miraculum est Divinæ Majestatis, & potentia tuæ hominem tardi ingenii, nullius sapientia, negotioium, totum Tribunalibus tentum, detentumque tam alta aggredi, atque consummare; quam cetera, quibus Sanctissima hæc IMAGO sibi venerationem, & nomini tuo honorem, & gloriam conciliavit. Hoc ergo clientela tuæ primum miraculum prædico.

Perge, calme, perge laudes Virginis diffundere
Ilius, quæ peperit Orbi Servatorem gentium;
Ilius, quæ pergit orbi dare, donare munera.
Sanat egros animi, sanat egros etiam corporis.
Quam benigna in bis, volensque; quam potens, & efficax.
D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. I.

In epolog. cap. 4. Verba in 2e D. Aug. in ep. 1. ad Bonif.

Lipsum intelligo, cuius sunt hæc verba in libello ex puncto de vera relig. Tertulliani verba in prolog. 2e lib.

Ex D. 11. Alfonso Prefat.

Ex Lipso c. 1. Virginiis Scholium.

Et quamvis ab aliis abstineam, quæ docent plurimæ tabella pictæ, & appensa Templo tuo tacebo tamen, quod in ejus reedificatione accidit, & simul quod in solemnâ pompa translationis tuæ prudentibus hominibus fuit observatum.

Arbitris ipsis sensibus.
*Nos videmus, nos audimus: quis professus abnuet,
 Nisi professus Septicam ipsam, & hæresim Pyrrhonicam?*

Templum erat terrenum, cariosum, vetustate collapsum, & subobscurum, & angustiore in urbis parte positum, Civium publica vota splendidius Templum effragitare, parochianos symbola conferre, stipem populum; sed ut sunt humana conamina, omnes nihil agere. Sacerdos, qui, & Capellanus tuus, sibi injungit opus aggredi: & cum fortunis profus destitueretur, Indos cogitat, Peruviam properat: & rebus operatus sacris, genio suo subtrahens elemosinarumque avidus, quibus minime fraudatus est, a Gente pia non parvam vim argenti infecti, & signati prospere vento Salmanticam reportat post duodecim annos, paullo plus, minusve temporis. Jacit fundamenta Templi, deducit lapides, parietes, prosequitur inchoatum opus; & cum cerneret, tantæ rei, quam secum attulerat, pecuniam non satis esse, iterum se navigationi accingit, quam non minus felicem expertus repetit Peruviam, sacris suis artibus utitur; parat Divæ Virgini argentum, fit dives, & post sex, septemve annos repetit Salmanticam; & quidquid apud Indos quæsit, perficiendo, perpoliando, & ornando Templo tuo impendit, in tantum largus, ut sibi retineret nihil, residuumque vitæ transegerit (egit vero non paucos annos) ex parochianorum sumptibus. Cujus sancti Sacerdotis pietatem commendatam, testatamque voluerunt loco sepulturæ dato Deputatorum decreto ad pedes sanctissimæ Aræ tuæ cum epitaphio rem loquente. Et ipse misericordiam tuam fuit protestatus appensa tolo Templi navicula velis, & omni instrumento constante, in memoriam navis, quæ eum bis vexit, rexitque hospitem & divitem ab Indis, quam post sexaginta annos vident quotquot Templum ingrediuntur: Elegans hodie, & lapideum Templum donariis, lampadibus, suppellectili instructum est piis Fidelium collationibus. Sanctuarium ipsum fulget depictum, deauratum, & pulcherrime fabricatum. Ipsum Tabernaculum auro, argentoque coruscant, ut nullum magis.

Gum ergo sanctissima hæc IMAGO sedem teneret in dextro collateralis, octo abhinc annis visum fuit eam sistere in præcipuo decentissimo loco. De translatione agunt, an solemniter, & circumducta per compita Imagine ipsa, an in ejus locum traductioni alia substituenda sit? Stas quippe de marmore alabastrino humanæ fere magnitudinis, ulnis Filium tuum D. N. gestans, & a multis annis medio fissa, scissaque; fractionem metuebant cum maximo detrimento populi devotionis. Consuluntur periti, trepidant, abnuant, discordant; sed multitudini placet, ipsissimam Imaginem tensis imponi, & per urbem comportari pietatis, lætitiæ, & publicæ salutis ergo. Dictum factum, & fudo die ab octava ad occasum Solis (octavam dico secundam post meridiem) Clericorum, Religiosorum, Sæcularium omnis status ingenti procedente multitudine, circumfertur, & illæsa IMAGO in hoc majori Altari reponitur, fixa jam sede, nec de facili alio transmutanda. Nec mihi suggerat censor, propriissime hæc miracula non appellari: hic enim miraculum voco, quidquid arduum, aut insolitum, supra spem, aut facultatem miranti apparet.

Cum D.
 Aug. de
 mil. cred.
 6. 16

Ex throno eminenti Gentem Salmantinam aspicias Numini tuo amicissimam, & respicias, ne ingruant mala, vel ingruentibus præsentia exhibeas REMEDIA. Multi sunt anni, quibus fidelis gleba non fallit agricolarum spem. Jamdudum pestes, & epidemias exulant. Et nuper imminetia bellorum pericula avertisti. Omnes tuum patrocinium sentiunt, quia singuli impense Te in hac sanctissima colunt IMAGINE. O in clyta, & nobilissima Civitas, quæ me terra cadentem suscepisti, sinuque tuo fovisti! Perge de MARIÆ benemereri, ipsam in hac sanctissima IMAGINE venerari, frequenter ejus Aedes invisere, hinc REMEDIA cunctorum malorum præstolari.

Et Tu, Sanctissima VIRGO, perfundam me Inquisitoris Vallis Oletani Officio, & ad Regiam advocatum, ut Supremo Sanctæ Inquisitionis Consilio assideam iterum Fiscalis munere fungens, eo tamen ampliore, & dignatiore, rege, dirige, gubernam linguam, mentem, calamum, ut digna cogitem, digna loquam, digna scribam Majestatis tuæ honore, gloria Filii tui D. N. JESU CHRISTI, qui cum Patre, & Spiritu Sancto, vivit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Lipius in
 ead. Vir-
 gine Si-
 ciliensis,
 c. 3. lo-
 quens de
 beata vi-
 ta.

*Hæc vita redeat, mihi sit hæc voto, o Dea!
 Ut Numen, atque Te colam,
 Experts ab alia curas & in LIBERIS SACRIS
 Aut COGITATIONIBUS,
 Quod temporis erit reliqui, fallam, & teram;
 Dum Parca me fallens mea
 Obrepat, atque abducit ad caelestem,
 Præseate, DIVA TE, choros.*

LECTO.

LECTORI BENEVOLO

P R Æ F A T I O.



P R Æ F A R I pauca in ingressu Operis, ut Auctores alii æquum sibi esse, sic mihi ego proprie necessarium duxi. Nam ipsa Operis inscriptio magnificum quiddam, & sublime præferret, & propter quod vadimonium deserere possit; ac scribenti fortasse invidiam movet. Hanc ut ego mittam, & tuam gratiam comparem (LECTOR BENEVOLE) profiteor, nolle me hac quasi venditione ingenii gloriam aucupari: sed communi utilitati, commodoque inservire: neque tam speciosa sectari studio jactantiæ, quam honesta, & utilia officii, & obsequii voluntate. Hac igitur deductus, cum in commune bonum quidquid ex privatis studiis collegeram, conferre vellem, in nihilo me magis profuturum putavi, quam hoc Opere suscepto ac emisso in vulgus. Hi fuerunt ad aggrediendum Opus aculei: unus in eo mihi scopus, & studium præcipuum, non rem litterariam juvandi (nec enim credo tanti erit,) sed nostros Juris Professores ad ejusmodi scriptionis genus, si placeret, excitandi; quorum permultos noveram me ipso longe peritiores, magisque industrios.

In hoc Opere novum scribendi genus reperies; nec enim in Decretalium expositione tantum, sed etiam historica narratione operam insumpsi, quia & utrumque maxime prodesse visum fuit: quippe antiquas lectiones, epistolas Pontificum, e quibus hæc Compilatio emanavit, illorum temporum res, Urbium, Ecclesiarum quoque, & Monasteriorum origines diligenter conquisi, & usque ad superstitionem retinui. Ita factum, ut in hac elucidatione ad evolvendos variæ historiæ libros non parum laboris impendere necesse fuerit. Arduum opus aggredior, in quo plura forsitan, quam optaverim, digna erunt tua censura & castigatione, quæ libenter, & æquo animo examini tuo emendanda, & expungenda relinquo, præter ea, quæ inter Typographi manus injurias passa sint.

Piaculum vero ingens mihi foret silere quantum mihi profuerunt Opera tam typis edita, quam manuscripta Præceptorum meorum, imo totius Hispaniæ, illustrissimi videlicet, & eruditissimi

mi

mi D.D. Francisci Ramos de el Manzano, scientiarum omnium, & artium conventu mire conspicui, Primarii Juris Civilis inclytæ nostræ Academiae, Mediolani Præsidis, in Supremo Consilio justitia, & gratia Consilarii, nostri Catholici Regis Caroli II. doctrinæ, & morum Magistri: & D.D. Josephi Fernandez de Retes, ejusdem Salmantini Lycæi Juris Cæsarei Primarii, in Pinciana Cancellaria Senatoris integerrimi, in Supremo Gaze Senatu vigilantissimi Fisci Patroni, cujus egregias laudes verecundo magis observasse silentio, quam ut decerpamus carptim, satius est; qui ut sunt studiorum amatores, & studiosorum amantissimi, ea mihi communicarunt, ex quibus tamquam divite penu tenuitatem meam ubertim auxi, & uberius in tuum commodum ad exitum perduxi.

Hæc tibi, mi Lector, offero prono, libentique animo, quo Republicæ Litterariæ inservire volui: absit, precor, malignitas, & alieno Libro ingeniosus ut sis, *Nulli sine venia placuit ingenium*; ex Pliniano scito. Paree, faveque nostro, & vale feliciter.



TABELLA TITULOS OMNES

Quinque Librorum Decretalium Gregorii IX. ordine Alphabetico indicans.

Prior numerus Tomum, posterior Titulum, postremus vero paginam cujusque Libri indicat.

A	Desponsatione impuberum, 4. 2. 39
	Dilationibus, 2. 8. 93
	Divoritiis, 4. 19. 146
	Dolo, & contumacia, 2. 14. 163
	Donationibus, 3. 24. 233
	Donationibus inter virum, & uxorem, & de dote post divortium restituenda, 4. 20. 159
E	
	Ecclesiis ædificandis, & reparandis, 3. 48. 530
	Electione, & electi potestate, 1. 6. 125
	Emptione, & venditione, 3. 17. 164
	Eo, qui cognovit consanguineam suæ uxoris, & sponsam sui consanguinei, 4. 13. 98
	Eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium, 4. 7. 77
	Eo, qui furtive ordinem suscepit, 5. 30. 257
	Eo, qui mittitur in possessionem causa rei servandæ, 2. 15. 169
	Exceptionibus, 2. 25. 353
	Excessibus Prælatorum in subditos, vel contra, 5. 31. 313
F	
	Fædis, 2. 9. 98
	Feudis, 3. 20. 189
	Fide instrumentorum, 2. 22. 272
	Fidejussoribus, 3. 22. 216
	Filiis Presbyterorum, 1. 17. 296
	Foro competenti, 2. 2. 37
	Frigiditas, & maleficiatis, & impotentia cocundi, 4. 15. 119
	Furtis, 5. 18. 187
H	
	Hæreticis, 5. 7. 98
	His, quæ vi, metusve causa sunt, 1. 40. 537
	His, quæ sunt a Prælate sine consensu Capitali, 3. 10. 123
	His, quæ sunt a majori parte Capitali, 3. 11. 131
	His, qui filios occiderunt, 5. 10. 135
	Homicidio voluntario, vel casuali, 5. 12. 140
I	
	Immunitate Ecclesiarum, cœmeterii, & rerum ad eas pertinentium, 3. 49. 535
	Infantibus, & languidis expositis, 5. 11. 137
	In integrum restitutione, 1. 41. 551
	Injuriis, & damno dato, 5. 36. 308
	Institutionibus, 3. 7. 104
	Judæis, & Saracenis, & eorum servis, 5. 6. 76
	Judiciis, 2. 1. 1
	Juramento calumnie, 2. 7. 87
	Jurejurando, 2. 24. 311
	Jurepatronatus, & Ecclesiis a laicis concessis, 3. 38. 416
L	
	Libelli oblatione, 2. 3. 62
	Litis contestatione, 2. 5. 71
	Locato, & conducto, 3. 18. 177
M	
	Magistris, & ne aliquid exigatur pro licentiâ docendi, 5. 5. 73
	Majoritate, & obedientia, 1. 33. 465
	Ma-

A	
	Accusationibus, inquisitionibus, & denuntiationibus, 1. 1. 1
	Adulteriis, & stupro, 5. 1. 1
	Ætate, & qualitate, & ordine præfectorum, 7. 16. 170
	Alienatione judicii mutandi causa facta, 1. 14. 271
	Apostatis, & reiterantibus baptisma, 1. 42. 568
	Appellationibus, & recusatationibus, 5. 9. 128
	Arbitris, 2. 28. 454
	Authoritate, & usu pallii, 1. 43. 572
	1. 8. 218

B	
	Bigamis, & eius effectus, 3. 42. 497
	Bigamis non ordinandis, 1. 21. 327

C	
	Calumniatoribus, 5. 2. 34
	Causa possessionis, & proprietatis, 2. 12. 128
